+

R.de in Chro Pater,

Pax Christi

Ante aliquot septimanas significavi R.ae V.ae quid actum sit à me de libris ad Ill.mum Abbatem Fuld. missis, et de aliis à me vendendis. Nunc addo sequentia. Ante aliquot dies dictus Ill.mus Abbas dedit ad me humanissimas litteras, quibus me invitat sub vacationes autumnales ad se, ut discurrat et mecum de rebus in R.ae V.ae libris contentis. Idem petiit oretenus [illegible] postea à R. P. Rectore nostro P. Conrado, cum negotiorum causa Fuldam venisset. Addidit se accepisse libros R.ae V.ae, et velle mittere remunerationem. Itaque patientiam habebit R.a V.a usque ad autumnum, [illegible], quando cum Dei gratia, et R. P. Rectoris benedictione, [illegible] quam iam concepit, dictum Abbatem Ill.mum accedam; nullus enim dubito quin bonum honorarium pro R.a V.a sim accepturus; quod statim ad vos per cambiales à P. Antonio acceptas mittam.

Cursus meus Mathematicus (Deo sint infinitae laudes, et gratiarum actiones) properat ad finem, spero intra 5 vel 6 menses cum absolveri. Quo absoluto resumam Commentaria in Itinerarium R.ae V.ae [illegible]. Interim R. P. [illegible] submittet quae necessaria aut utilia fore iudicaverit, accipiebo cum gratiarum actione. Unum peto à R.a V.a quod Cursui meo Mathematico commendationem et patrocinium addat [illegible] et mittat ad me Epistolam Paraeneticam, hortando [illegible] et difficultates omnes [illegible] [illegible] studio aggrediar opus, et in illo pergam [illegible]. Intentio mea est, unico non magno tomo comprehendere omnium Math. Disciplinarum Encyclopaediam absolutissimam, in dispositam ordine, [illegible] [illegible] claritate, ut quivis vel mediocri praeditus ingenio, à primis Ma. [illegible] fundamentis ad apicem, Mart. [illegible] proprio [illegible] [illegible] [illegible]. Hoc ut obtineam, adnitor omnibus viribus. Maiorem [illegible] difficultatem non habeo, quam ut pauca multa comprehendam, et [illegible], et plurima omittam. Mitto [illegible] [illegible] cum [illegible] [illegible], quam [illegible] [illegible] [illegible].

Gaudeo intelligere, libros R.ae V.ae Lugduni in Gallia imprimi [illegible] difficultatem circa impressionem meorum librorum. Mortuus est intra [illegible] [illegible] [illegible] duo Typographi, et superest unus, qui non potest imprimere. Cogor mittere Francofurtum [illegible] [illegible]. Hisce [illegible] R.ae V.ae [illegible] [illegible] in Belgium, [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] me commendo. Herbipoli 20. Julij 1659.

R.ae V.ae

Servus in Chro
Gasparus Schott

Salutat [illegible]. Ego adhuc vivo vegetus, et concionor in aede Summa Herbipoli a duobus annis, memor semper ex pacto R.ae V.ae, vicissim peto ut mei in precib. non obliviscatur.

Melchior Cornaeus.

Reuerendo Patri in Christo
P. Athanasio Kirchero Soc.tis IESV.

2

Roma.

Prou. Rhom. Sup.

Franco fin a Mantoua